

Testamentum Sereni Regis Joannis Casimiri ⁰⁰¹⁷⁷

Hodie sub data presentium. Nos infrascripti Notarij Regij in hac Civitate
Niuernensi residentes ad affectationem Potentissimi non non Serenissimi
Principis Joannis Casimiri Regis Poloniae et Sueciae, Magni Ducis Lithu.
et Nos ad Palatium Abbatiale S. Martini Civitatis prefatae Niurgon
in quo ad praesens hospitio susceptus, requisiti contulimus, in quo quidem
Palatio eum in Cubiculo, aspectu versus Arcam existen, lecto aegrotum de,
cumbentem, mente vero et animo sanum, pro ut Nobis apparuit, reperiimus.
Qui Nobis declaravit, se voluntatem habere Testamentum et Dispositio-
nem Ultima voluntatis, facere et condere velle, id quod sponte, ac deli-
berata voluntate, ad hoc non suasus, aut suggestionem aliqua inductus,
aut coactus, in hunc qui sequitur, modum, et formam fecit, et ordinavit.
In primis commendavit Animam suam Deo omnipotenti, Glo-
riosissime Virgini Mariae, et omnibus Sanctis Caestris Curiae, quos pro
ipso apud Deum intercedere rogat, cupit et vult, ut post Obitum eius, si
Niuerni contigerit, Corpus ipsius ibidem in Ecclesia R. R. Patrum Le-
uitarum praedictae Civitatis Niuernens, sepeliatur, attamen relinquendo
arbitrio Executricis infra nominatae, presentis Testamenti sui, ut in
eo loco, quo illa illud Sepeliri desideraverit, similiter etiam pro Exequiis
celebrandis, totum eidem committit. Praedictus Serenissimus Rex, de-
clarat, quod instituerit, ac praesen' institueret ob singularem amorem
et affectum erga Serenissimam ac Potentissimam Principissam, Do-
minam Annam de Gonzagues et Civicem Principem Palatinam
et ob plurimas alias considerations illam in unicam suam solam
et universalem Haeredem, omnium bonorum, quae ad ipsum spe-
ctant, in locis ubi Institutio Testamentaria Haeredis locum non habet.
Illam Solam Universalem suam Legatariam declarat, omnium et
quorumcunq bonorum suorum, tam mobilium, quam immobilium,
tam in Regno Galliae, quam in Regno Poloniae sitorum, et centium,
q bona in fundis et Dominijs Zywoic, ipsius Palatio, Hortis, Varsaviae